



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus, abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

Conclusio Operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

quatuor ventis à summis cœlorum vsq; ad terminos eorum. Omnes quidem resurgemus in momento, in ictu oculi, in nouissima, i. in septima tuba, canet em̄ tuba, & mortui resurgent. Tunc Christus sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem à dextris, hædos autem à sinistris. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. His autem qui à sinistris erunt dicit: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Quam deus clementissimus nobis omnibus misericorditer concedere ac à supplicio perpetuo & gehennali atq; ab omni deniq; malo nos custodire dignetur. Amen.

1. Cor. 15
Matth. 25
S. eo. 9. 9
S. eo. 9. 3. &
S. c. 65. 9. 8.
S. eo. 9. 3. &
S. c. 46. 9. 4.
in fine

.Cor. 15
Matth. 25

CONCLUSIO OPERIS.



VPRA Annotatas omnes & singulas scripturas hæcenus comportatas, eo quo potui compendio, in hunc tractatum redegitareque volui, vt viam iustitiæ & pœnitentiæ quærâmus, qua futuras nobis imminentes plagas præcauere valeamus. Et si nil certi nobis admodum contrarij ad oculum commonstrari possit, ex præambulis tamen causis præsumendum est, diuinam vindictam

S. c. 40. 9. 3.
S. c. 63. 9. 1
S. ca. 57. 9. 5
S. c. 1. 9. 3
S. c. 3. 9. 5
S. c. 4. 9. 2
S. c. 45. 9. 9.

in supplicium nostri esse propinquam. Culpam enim nostra adeo est manifesta ac temeraria, vt eam necessario & mox ardua sequatur pœna. Quo autem annorum numero, quo ve supplicij genere huiuscemodi pœnæ luitio concludatur, aut terminetur, diuinæ sapientiæ notum est, nobis vero prorsus incognitum. Quamobrem Apostolorum nos princeps admonet, vt memores simus verborum à sanctis prophetis prolatorum. Et Paulus iubet, ne prophetias spernemus. Nam beatus qui legit, & audit atq; custodit verba præallegatorum prophetiarum, & seruat ea quæ in eis scripta sunt, tempus enim prope est. Diuinum insuper oraculum depromit: Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum & terribile, hoc est, dominum deum tuum, augebit dominus plagas tuas. Si hoc & alia prophetica responsa potissimû Apocalypica superius allegata non audimus, nec de nobis modernis Christianis, dum tot mala pronuntiant, locutos Prophetas arbitramur, profectò nos ipsos fallimus, & periculoso nimium errore desipimus. De nobis enim illi quondam locuti sunt, vnde quæ minantur, onera super nos (nisi deliramus) relapsura agnoscere debemus.

S. c. 35. 9. 6
S. c. 49. 9. 14

S. in prologo. 9. 4

I § Porro si qua ex collectis & dictis antehabitis apparuerint esse dubia, vel incerta vel male interpretata, tunc ea sola censeo affirmanda, quæ in nullo Apostolicis & Ecclesiasticis doctrinis aduersantur. Prædicta omnia & singula decreto summi pontificis & illorum, ad quorum iudiciû talia spectant, relinquendo eisq; me totum subijciendo. Et quicquid super præmissis eius sanctitas determinauerit, illi ipsum tanquam humilis creatura & obedientiæ filius subsequi promitto, ac bona fide absq; omni macula semper ea credere & asserere propono, quæ sunt consona fidei ecclesiæ, ac Euangelio, cæterisq; sacris litteris, & canonicis scripturis, de quo impræsentiarum protestor expresse.

S. c. 31. i. pri.
S. c. 18. 9. 16.
in fine
S. c. 30. 9. 6.

II § Obsecro autem ego hodie Christianos, sicut olim Machabæus Iudæos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescât propter aduersos casus, sed reputent ea quæ accidunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Cum vero prætractæ tribulationes quasi indubitate præsumuntur futuræ, ideo (sicut Ioachim inquit) doleo, languero, tribulor, angustior, & affligor. Quippe omnia sunt in domini potestate, qui nouit mutare sententias, & post nebulam placitum dat serenum, ad cuius misericordiam est recurrendum, vtendumq; sententia Gregorij, dicentis: Si quando repentinus ignis habitaculum assumit, quisquis eius possessor extiterit, rapit quod voluerit, & fugit, lucrumq; putat, si quid secum exigni-

2. Pet. 3
Apo. 1
Apo. 22.
Deut. 28.

24. q. 1. quotiens.

2. Mach. 6
Ioachim in li. de flore.

Gregori. in Homel. sup Matth. 10

CONCLUSIO OPERIS.

ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat, & cuncta quæ in eo speciosa videbantur, finis iam proximus velut ignis deaſtat. Lucrum ergo maximum credite, ſi vobiscum aliquid de illo rapiatis, ſi quid fugientes tollitis, ſi hoc quod perire remanendo poterat ad retributionem perpetuam vobis ſeruatis. ſ. largiendo, quoniam ſeruando terrenã omnia totaliter amittimus, ſed bene largiendo ſeruamus. Piẽ igitur operemur dũ vitæ noſtræ habemus tempus, quod profectò exiguum eſt, ac velociter currit, ad eſſe enim feſtinant tempora. Ad videndum denique citius iudicem noſtrum (quia cum magna importunitate compellimur) ei ex bonis actibus noſtris feſtinanter obuiam præparemur ipſo Ieſu nos adiuvante ſaluatore noſtro piſſimo, ac iudice æquiſſimo. Qui iram cõceptam à nobis auerrat & ſuam eccleſiam ac nos eius membra in futuris præcellis miſericorditer ſuſcipiat, protegatq; & liberet ab inſidijs iam ſoluti, & æquientis diaboli, donec ad ſecuritatis portum, & ad ſtatum pacificum peruehamur, felicem quoq; huius vitæ conſummationem, cœlicamq; contemplationem tandem adipiſcamur. Id nobis omnibus almus præſter Deus, qui trinus & vnus regnat per infinita ſeculorum ſecula, A M E N .

ſ. ca. 58. ſ. 5

ſ. c. 62. ſ. 17

ſ. c. 43. ſ. 11.

ſ. c. 4. p̄ri.

ſ. c. 35. ſ. 15.

& ſ. ca. 47.

in fine

ſ. c. 60. ſ. 10

& ſ. ca. 17.

per totum

FINIS.

AD LECTOREM.

¶ Assignata ſunt hoc loco errata aliquot, lector ſtudioſe, vt luce clarius intueare, quæta diligentia in hoc nobiliſſimo atq; ſacraſſimo opere ſit facta. Nam prior æditio (à nobis tamen minimè in lucem emiſſa) tot ſcatebat mendis, quot pardus maculis. Meremur itaq; gratiam non vulgarem, ab omnibus Chriſtianæ fidei cultoribus, quod librum hunc tam præclarum, tamq; cunctis ad omnia neceſſarium, veræ atq; genuinæ integritati reſtituerimus. Vale, & hæc omnia boni conſule.

¶ Folio. 7. facie. 2. linea à fine. 2. lege, ſuper nos. Folio. 13. facie. 1. linea. 18. quiſq; ſtatus durat. Fo. 19. fa. 2. li. 37. remiſſiuo. Fo. 20. fa. 1. li. 46. temporalibus ditauit. Fol. 27. fa. 2. li. 14. ad prædandum. Ibidem, linea à fine. 12. dulciſſime inuitat. Fo. 29. fa. 2. linea à fine. 14. hamo. Fo. 36. fa. 2. li. 36. latronum participes. Fo. 39. fa. 2. linea. 8. alia opera. Fo. 45. fa. 2. li. 36. quia oneratis. Fo. 47. fa. 2. li. 34. ne ſcili cet. Fol. 52. fa. 1. linea à fine. 11. amor dei. Fol. 55. fa. 2. li. 16. & adulteria. Fol. 67. fa. 1. li. 37. illo iacebit. Ibidem, fa. 2. li. 31. deſcendet, & concelcabit ſuper excelsa terræ, & conſumentur. Fol. 68. fa. 1. linea à fine. 16. mutum animal. Fol. 71. fa. 2. linea à fine. 6. qui reſpiſcent. Fo. 72. fa. 1. linea à fine. 14. verbum dei. Fo. 78. fa. 2. li. 16. cum vniuerſalis. Fo. 81. fa. 1. li. 13. altare aureum. Ibidem, linea. 21. facti ſunt. Folio. 89. facie. 2. linea. 1. gladij de femine.

Collegij Societ. Deſu Paderborne

¶ Colonia ex ædibus Quentelianis, Anno virginis partus, M. D. XXXI. menſe
IVNIO.